



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ivlii Cæsarisi|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||

Scaliger, Julius Caesar

Lugduni Batavorum, 1600

Domino Ioanni Gelidæ Gymnasiarehæ Burdigalensi Scaliger S. XLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

150 IULII CÆSAR. SCAL.

meinoriam in me tuorum erga rempubli-
teriam meritorum, cuius virtutibus atque
sapientiae crederem fortunas meas: quarum
magnitudinem neque in veteri splendore,
neque in noua dignitate, sed in liberorum
meorum eruditione atque frugalitate pos-
tam existimabam: quo futurum est, ut cum
suscepis hunc, quantum ille profecerit in
literis, tantum ego progressionis sim factu-
rus ad vitam: quare in me per se breuis ac
fluxa eius successione cum sit propaganda,
sine illius ornamenti iam nunc vero acerba
sit futura mihi. Quare, mi Gouane, te ve-
hementer obsecro atq. etiam obtestor pro
tua pietate, ita hunc habeas commenda-
tum, ut in eo animi bona excoluisse, in me
etiam animum ipsum seruasse videaris: ne-
que potius in fortunæ temeritate, quam in
tuis consiliis atque auctoritate tam boni pa-
tris spes sitas fuisse intelligam.

D O M I N O I O A N N I

G E L I D Æ G Y M N A S I A R E H Ä

Burdigalensi Scaliger s. XLI.

N o n eram nescius te esse non solum
Aquitaniæ Gymnasi principem, sed
etiam omnium bonarum artium, studiorum
que

que certiss. patronum. omnes enim , qui-
cunque vel te notum habent , vel de te ali-
qua auditione acceperunt, hoc mihi prædi-
cabant. Quocirca facile mihi persuadebam
fore aliquando, vt experirer & tuam pro li-
beris meis eruditionē , & erga me studium;
& ad vtrorumq. beneficia singularem pie-
tatem. Neque ea spes, quæ a certo iudicio
profecta esset , me falsum habuit : cum mē
tuis elegantiss. humanissimisque literis non
solum salutasti, vcrum etiam iis laudibus es
prosequutus , ex quarum sola portiuncula
vel maximi viri summæ gloriæ persuasio-
ne imbui possent. Quamobrem hunc ip-
sum ardorem animi mei , quo incendor
quotidie ad studium sapientiæ, vehementer
incitasti , vt operam meam tux de me op-
nioni sociam adiungere, leuaremque eo
onere , quod nomine meo sustinere ani-
mum induxisti. Qua pro humanitate studio
que tuo rerum mearum, tum immortalem,
tum etiam incredibilem habeo gratiam ti-
bi, vir optime atque eloquentissime: ita vt
hanc tanti beneficii recordationem nulla
temporis longinquitas , nulla fatorum of-
fensio delere posse videatur: præsertim cum
propediem sperem ne tibi longe maiora
debiturum , quippe dediturus liberos pene

152 IVLII CÆSAR. SCAL.
omnes meos in clientelam tuam. Quod
cum fiet, non tam literis meis, quam tua li-
teratura simul atque humanitate, apud te
tuosque futuros spero in prima commenda-
tione. Vale.

ARNOLDO FERRONO
ATTICO XLIL

Si vlla vnquam caussa suo merito boni
viri meruit gratiam, apud te summam
consequetur commendationem is, pro quo
non pessimus ciuis pater orat. Si amor al-
quando cuiquam persuasit, vt in clientelam
aliquem susciperet, debuit is, qui & filium
se se meminisset, & speraret patrem, excipe
re vota parentis pro liberis suis. Si quando
factum est, vt pietas quempiam conciliarit,
hoc decuit ei prodesse, qui innocentem in-
iuriisque obnoxiam ætatem alterius fidei
committit supplex. Si quid uspiam miseri-
cordiæ bene institutum flexit animum, vt
& se se hominem non obliuisceretur, alio-
rumque sortem respiceret, magnum afferre
momentum potest consolationis ei, qui lu-
culentissimi spoliatus fortunis, auita priua-
tus potentia, aliena in terra pro exemplo est,
quantum quisque fidei habere debeat for-
tunæ